

masculorum etiam muliebre, varium semper & mutabile. Optuma cibus
 tentationis Satanicae. Paris ille Phrygius in sinu gestabat hanc Helenam,
 antequam oculis usurparet Lacenam. In Colchidem Jason Medeam intulit,
 non abstulit. Neque tam in oculos intrat, quam ex iisdem prodit maledus
 ille Cupido. Carnis penates quisque in suo colit larario, quasi sit ὁμπνία
 Δημήτηρ. Est σύγκοιτος, σύσσιτος καὶ ὁμορράπετος. Ἰδὲ ἡ χεὶρ τῆς παραδιδά-
 σης με μετ' ἐμῶν ἐπὶ τῆς ἰατρικῆς. Plurimi virorum plaris esse contendunt
 dulcedinem corporis & titillantem ex eâ natam lætitiã, quã gravita-
 tem animi atque constantiam, ut blanditiis istis illecebrisque impediatur
 vivendi severitas. Ut adeò non solus ille ad Concilium Obstantiense equi-
 tans presbyter cardinalis identidem ingeminaverit, O Augustine sancte,
 quã verè dixisti! Surgunt indocti, & rapiunt cœlum, & nos cum doctri-
 dis nostris volutamur in carne & sanguine. De solo scripsit olim Guicciar-
 dinus, Non sinceritas, non verecundia, non veritas, non fides, non religio
 ulla aderat, De multis intelligendum. Veterum fuit, Noctu Venerem am-
 plexantur, manè Virginem venerantur. Sed malum fœnerantur. Præsul
 amtruat, Salii redamtruant: nempe quos à filis flamines dixere, procul
 à Flamine. Pugnas obeunt Olympiãcas positi extra omnem Græciam, Ma-
 limus fabulam esse, Plauti illam Amphitruonem. Malle nequimus, Ita So-
 siam mentitur Mercurius, Juppiter Amphitruonem, sola Alcumena deci-
 pitur. Ipse Mars grassatur ad Venerem, quia claudicat ater Volcanus, fri-
 gentque mallei Cyclopum. Olim enim acutiùs sedebant subseffores. Apol-
 lines Daphnen insequuntur, etiam fugientem: namque & literæ sunt vola-
 tiles, nisi in aère pruinoso congelaverint, Bacchi etiam temulenti Ariadna-
 rum coronas in pratis venantur, sed pedisequas vix assequuntur Coriscas,
 nam

Quisquis amat cervam, cervam putat esse Minervam,

Nec Mercurius puellis parcit canephoris, nec Faunus lotricibus. Satyrisco-
 rum furta jam olim in Eidylliis traducebantur Siculis. Quid ergò austerio-
 res quidam Sanctuli amorum illos incusant triumviros? In hepate alicu-
 jus Hosii ardet Horatiolus aliquis, ovat Ovidillus. In præcordiis subsilit no-
 vus Anacreon. Ante omnes Juvenales & Suetonios flagitia supina exerce-
 bantur, quã scriberentur. Nullum Petronii cochlear omnia exforbuerit,
 Περσὶν]αὶ πρό]ων ποιν]ῶν. Nec Solini polyhistores recensuerint singula: ne-
 que etiam singularium ulla est scientia. Confossã demum pudicitia exa-
 ravit Venusinus

Quid inter

est in matronã, ancillã peccesyè togatã?

Ita